

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843, enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

0224

0222

0228

0218

0233

0213

0273

0173

0323

0123

0723

212

cavatur, et ipsum Domini nomen nubis operimento ita celatum est, ut externe nec locum quis cognoscere queat, nec ipsum nomen legere usque in hunc diem et usque in finem, nec aliquis arcam educere poterit, nisi Moyses et Aaron. De his habetur 2. Maccab. II, et in Spec hist. in libro Tobiae ante finem. Translata autem arca Domini, quae erat gloria templi, venit Nabuchodonosor et cepit Jerusalem et Sedechiam regem, et combussit eam cum templo Domini, ut habetur 4. Reg. IV., et populum terrae transtulit in Babylonem. Et stetit locus civitatis et templi desertus LXX annis usque ad tempus Darii, regis Persarum, qui indulisit Judaeis reaedificare templum, et sub Cyro rege consummatum fuit opus in XLVI annis, ut habetur Job. II. Hoc autem templum secundum non fuit simile primo in pretiositate; ideo Judaei, qui primum templum viderant, flebant, ut habetur Esdrae III. Iacta sunt autem fundamenta sub principibus Sorobabel et Salatiel, ante nativitatem Domini DXV annis.

Hoc templum, quamvis saepe fuerit spoliatum et profanatum per gentes, et lignea aedificia incensa, mansit tamen integrum usque ad aurea tempora Domini nostri Jesu Christi, qui in eo et mira praedicavit, et stupenda gessit, ut sacra Evangelii tradit historia. Quod hoc templum solemne fuerit elevatum magnis aedificiis patet ex Evangelio Marci XIII. ex verbis Domini; mansit autem templum post passionem Christi XLII annis. Et totum tempus a secundo anno Darii, regis Persarum, quo fundatum fuit templum, usque (ad) destructionem ejus per Titum, computatur DXC annis. A foundatione vero templi Salomonis usque ad ultimam desolationem per Titum perfluxerunt anni MCII.

De computatione annorum: nempe ab Adam usque ad diluvium MMCCXLII. fluxerunt. A diluvio ad Abraham anni nonginti XLII. Ab Abrahamo usque Mosen, qui eduxit Israel de Aegypto, computantur anni quingenti. A Mose ad Salomonem et primam aedificationem templi anni CCCCLXXII. A Salomone usque ad restorationem templi sub Dario, anni quingenti XII. A Dario usque ad praedicationem Christi anno XV. Tiberii Caesaris sunt anni quingenti XLVIII. Omnes

Ende

Anfang